

71. Cæterum finis Electionis sive Prædestinationis finis est duplex: Internus sive intermedius, & externus sive finis duplex. Ultimus.

72. Internus finis est vita æterna. Est enim prædestinatio ad vitam æternam præordinatio. Acto. 13. v. 48. Finis internatio ad vitam æternam præordinatio. Acto. 13. v. 48. nus, vita æterna. Crediderunt, quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Nam i. Thessal. 5. v. 9: Non posuit nos DEUS in iram, sed acquisitionem per Dominum nostrum Jesum Christum.

73. Externus & summus finis gloria DEI. De quo si Externus ne loquitur Epistola ad Ephes. i. v. 5: Prædestinavit nos & summus: in adoptionem filiorū per Jesum Christum, &c. IN LAU Glorio DEM GLORIÆ GRATIÆ SUÆ, quā nos acceptos Dei reddidit in dilecto. Et Petrus i. Epist. 2. v. 9: Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus, quem DEUS sibi ut proprium vendicat: UT VIRTUTES PRÆDICETIS illius, qui è tenebris vos vocavit in admirabilem suam lucem.

74. Ultimò circumstantiam temporis quod spectat; circumdecreatum hoc non factum est in tempore: sed, ut ex ha- stantia eten° explicatis facile intelligitur, in Concilio Sacro-temporik. sanctæ Trinitatis ab æterno; uti id quoq; testatur Apostolus Paulus i. Cor. 2. v. 7: Loquimur Dei sapientiam in mysterio, que abscondita est, quam prædestinavit DEUS ANTE SECULA. 2. Tim. 1. v. 9. & Tit. 1. v. 2: Ante tempora secularia. Ephes. 1. v. 4. & 1. Pet. 1. v. 20. Ante constitutionem mundi. 2. Thess. 2. v. 13. ab initio. Quam phrasin interpretatur Michæl. επεζηγησις c. 5. v. 1. ab initio, à diebus æternitatis.

75. Hinc tandem colligitur definio, quod scilicet Electio. Electio sit decretum, beneplacitum atque propositum quid sit voluntatis DEI iuxta præscientiam ipsius ab æterno factum, quo ex merâ suâ gratiâ & misericordiâ, omnes illos, qui perseveranter in Christum credituri,